

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consuetudo ad  
cum fontibus proximo et primo

Consuetudo que apud quosdam irrepserat  
impedire non debet  
quo minus ueritas preualeat et uincat.  
Nam consuetudo sine ueritate uetustas erroris est  
propter quod relicto errore sequamur ueritatem,  
scientes  
quod  
ueritas uincit:  
ueritas ualet et inualescit in eternum  
et uiuit et obtinet in secula seculorum.

Cyprianus in sermone et ponitur distinctione  
VIII. decreti.

Item Cyprianus. [in epistola ad Pompeium,  
contra epistolam Stephani].

Consuetudo, que apud quosdam irrepserat,  
impedire non debet,

quo minus ueritas preualeat et uincat.

Nam consuetudo sine ueritate uetustas erroris est:  
propter quod relicto errore sequamur ueritatem,  
scientes,

quia et apud Esdram

ueritas uicit, ut scriptum est:

„Veritas ualet et inualescit in eternum,  
et uiuit et obtinet in secula seculorum“.

Gratianus, *Decretum*, 1.8.8 (*Corpus iuris  
canonici* 1, A. Friedberg ed., col.15).

Nec consuetudo quae apud quosdam obrepserat  
impedire debet

quominus ueritas praeualeat et uincat.

Nam consuetudo sine ueritate uetustas erroris est.  
Propter quod relicto errore sequamur ueritatem  
scientes

quia et apud Hesdram

ueritas uicit, sicut scriptum est:

ueritas manet et inualescit in aeternum  
et uiuit et optinet in saecula saeculorum.

Cyprianus Carthaginensis, *Epistulae*, 74.9.2  
(CCSL 3C, G.F. Diercks ed., p.575, ll.179-185).